



- Ar. Preides  
1. Waldschmied  
2. Martini  
3. Reinhardt  
4. Maier  
5. Faichner  
6. Widvogel  
7. Gehler  
8. Lepor  
9. Heberer  
10. Wuttich  
11. Juding  
12. Boehma  
13. a. Sode  
14. Born  
15. Charif  
16. Tollon  
17. Souch  
18. Cueli  
19. Plato  
20. Eyben  
21. Wridoo  
22. Schelle  
23. Hebere  
24. Götter  
25. Weile  
26. Sode  
27. Schelle

891  
/ 4

16

IN NOMINE JESU.  
DISPUTATIO JURIDICA,  
DE

# APPELLATIONIBUS

quam,  
DEO clementer adminiculante,  
*Magnifico Jctorum Ordine approbante,*  
*in Inclytâ Viadrinâ Marchicâ*

PRÆSIDE

*Amplissimo, Excellentissimo, Consultissimo,*

**DN. JOHANNES BALDASARO**

CHARISIO J. U. L. & Syndico apud Francofur-  
tanos meritissimo,

*Censura publicæ exponit*

**DANIEL BECK BRESLA-SILES.**

Autor & Respondens

*In Auditorio Jctorum publico:*

*horâ 7. antemerid.*

ad diem 6. Novembris

Anno 1651.

---

Frankofurti

Typis NICOLAI KOCH Acad. Typogr.



IN NOMINE DOMINI  
DISPUTATIO JURIDICA

# APPELLATIONIBUS

DEO ET PATRI ET MATRI  
IN HONOREM

DR. JOHANNES BALDASSARO

DANIEL BECK BRESLA-SILES

DR. NICOLAUS KUCHARZ TYSCZ



**S**ine Præloqviorum ambagibus statim (cum bono DEO, sine quo nihil boni perficitur *Novell.* 146. *pr.*) me ad rem ipsam converto, illamq; aggre-  
dior.

## Thesi. I.

Appellationem (a) definitis, (b) quod sit ab inferiore Judice ad superiorem (c) iniquitatis prætextu (d) à Sententia vel Decreto (e) facta Pro-  
vocatio (f).

(a) Vocabulum hoc variè apud JCos usurpatur, & significat 1. nominare, vocare *pr. l. de testam. ordin. §. 1. f. de Interd.* 2. Virginis pudicitiam attentare *l. 15. §. 15. & 20. ff. de Injur.* 3. In Judicio convenire *l. 16. §. fin. ff. de fidejuss. l. 29. ff. de Jud.* 4. Exigere rem debitam à Debitore *l. 16. §. 6. ff. de fidejuss. & mand. l. 15. §. 33. ff. de Injur.* nos hie eam significacionem amplectimur, quæ est in *l. 1. ff. de Appellat. & tot tit. ff. & C. eod.* Saxon. dicitur. | Eine Veruffung vñ elnem beschwerenden Urtheil *it. Straffung oder Scheltung des Urtheils. Lehn-Recht c. 70. in pr. Gloss. Land-Recht lib. 2. art. 6. 11. 12.*

(b) Aliis definitur Appellatio, quod sit primæ sententiæ rescissionis imploratio secundum Legem, aliis aliter, prout post Azon. in summ. rubr. C. de appell. n. 1. Rebuff. tr. de appell. n. 1. tom. 3. Br. in l. 1. sub n. 1. & 2. ff. h. t. de appell. Gl. in c. 2. de consuet. in 6. Lancelot. Marantam. & alios videre licet apud Sigisus. Scacciam tr. de appell. p. 1. q. 2. art. 1. n. 1.

(c) A majore enim ad minorem Provocatio nulla est *l. 1. §. 3. ff. h. t. Wesenbec. in π. n. 3. h. t. Mynsing. cent. 2. obs. 4. Kammergerichts-Ordnung part. 2. tit. 29.* vel à pari ad parem. *Novell. 23. §. illo* & est naturalis ratio, ut gravatus confugiat ad superiorem, qui injuriam illatam emendet, quod frustra quis petit à pari vel minori, qui nullum Jus habet in eum, qui offendit. *Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 1. lib. 6. c. d.*

(d) Iniquè enim Judicatum vel Decretum esse prætendit

A a

appel-

appellans, seq; gravatum esse conqveritur, hinc & vocatur Querela l. 3. C. quom. & quand. Jud. Sent. indeq; is, qui gravatus non est, non potest appellare Bald. in l. unic. n. 7. C. ne liceat in unâ eademq; caus. Bachov. d. lit. n. f. g. cum appellatio datur propter gravamen sicq; gravamen causa sit appellationis c. ut debitus 59. ext. de appell. Carpz. in lib. Respons. 3. tit. 12. Resp. III. n. 11.

(e) c. cum sit Romana 5. eod. c. si quis c. ad Roman. 2. q. 6. Treutl. vol. 2. disp. ult. 8. 1. lit. f.

(f) Vocabulum hoc generis loco positum latius patet, generaliter enim significat ad Judicium vocare l. 13. & 14. ff. de Jud. imò & omnem actum per quem Judicis imploratur officium complectitur, secund. Br. in l. si minoris col. 2. vers. tertio modo ff. de adm. Tut. ut omnis inde appellatio dici quidem possit Provocatio, non è contra. Felin. in rubr. de appell. in pr. & Marant. in spec. aur. part. 6. n. 2. Treutl. vol. 1. Disp. ult. 6. 1. lib. 2. Reyger disp. 10. proc. Jud. 8. 2. lit. d. quamvis & interdum in specie à Ictis pro appellatione sumatur prout patet ex l. 20. in fin. ff. de quest. l. 11. §. 3. ff. ad leg. falcid. l. 18. in pr. ff. de Accus. l. 2. C. de appell. l. 40. §. 1. ff. de Pact. l. 16. C. de Sentent. & interloc.

## Thesis II.

Originem illius vetustissimam esse (a) ac naturali dictatam ratione (b) non dubitamus, quo ad modum tamen & formam procedendi rectè Juriscivilis esse dicetur. (c)

(a) testatur id Ulpian. in l. 1. ff. de appell. Liv. lib. 1. de Horatio, Wesenbec. in π. h. s. n. 6, usum etiam fuisse D. Paulum testatur Scriptura Act. 25. v. 11. ut & tempore veteris Testamenti in usu fuisse videre est ex c. 18. v. 22. Exod.

(b) Quia est species defensionis & præsidium innocentie Geil. lib. 1. obs. 128. n. 1. Carpzov. in prax. crim. p. 3. q. 139. n. 8. Damhud pr. civ. c. 319. n. 3. Schneid. pr. 7. de Interd. n. 17. quam natura æquè omnibus indulget l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. l. 4. & 45. §. 4. ff. ad leg. aquil. Dissent. Bachov. d. disp. 33. 8. 1. lit.

*lit. a. verb. à Jure natura & propterea statuto omnino tolli non potest, defensionem enim tale statutum auferret, quæ tamen nemini deneganda. d. l. i. ff. de. app. Geil. lib. 1. obs. 128. n. 1. & ansam Judicibus præberet ne causas exactius perpendere: imò & contra Jus superioris hac ratione directò statureretur, quod tamen utiq; debet esse exceptum c. vcnientes ext. de Jurejur. Mynsing. cent 1. obs. 14. Geil lib. 1. obs. 135. n. 12. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 32. Carpzov. prax. crim. p. 3. q. 104. n. 65. limitare tamen Statuta appellationem posse cum Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 1. lit. a. concedimus, veluti ut appellaturus uel etiam qui apellavit de calumniâ juret. Mynsing. cent. 2. obs. 57. Treut. d. l. lit. a. Menosb. lib. 1. arb. Jud. quest. 197.*

(c) Exemplo tutelæ §. Impuberes 6. §. de att. Tut. junct. §. 1. §. de Tut, Vult. lib. 1. §. R. c. 1. n. 11. Patriæ potestatis §. 2. §. de P. P. & l. 3. ff. de his qui sui vel alien. Jur. Ant. Fab. in Jurispr. illat. 8. pr. 1. Arius Pinell. p. 2. Rubr. C. de bon. mat. Hill. in Don. lib. c. 2. 20. lit. C. Testamentorum arg. l. 1. C. de SS. Eccl. junct. §. 1. 2. §. 3. §. de testam. & ejusmodi aliorum. Licet enim Appellatio quatenus Defensionis species est in naturâ fundamentum habeat, quod certo tamen ordine, modo ac tempore fieri debeat, uti infra §. 10. & seqq. planum faciemus, id Juri civili omnino acceptum referat oportet.

### Thesis III.

Species Appellationis ponimus duas (a) Judicialem & Extrajudicialem, quarum illa à Sententiis (b) hæc à Decretis & extrajudicialibus actibus interponi consuevit. (c)

(a) Hic iterum variant Dd. alii enim ut Bart. in l. 1. sub n. 2. vers. secundo quæro ff. h. t. tres ponunt Interjudicialem, Judicialem & extrajudicialem: nonnulli quatuor ut Bald. in rub. X. h. t. antejudicialem, intrajudicialem, Judicialem & postjudicialem, quas ut temporibus magis & casibus quibus appellare licet differentes, quam ex rei substantiâ desumptas

rejecimus & eum *Wesenbec. parat. ff. b. c. n. 5. & 8. & Trentl. vol. 2. disp. ult. d. 1. lit. K.* has duas retinemus.

(b) causâ cognitâ à minore Judice latis, iisq; tam definitivis quàm interlocutoriis *l. 23. §. 1. b. t. l. 2. de app. rec p glos. in Clem. 2. vers. definitiva, de sequestr. possess. & fruct. Wesenbec. in π. hic. n. 5. Chil. König. in Process. c. 18. Geil lib. 1. obs. 120. n. 6. Trentl. d. l. d. 1. lit. b.*

(c) *l. 1. §. 3. ff. quand. appell. c. bona memoria. X. de appell. Geil. lib. 1. n. 2. d. obs. 120. n. 2. & lib. 1. obs. 126. Wesenbec. π. b. t. n. 8.* ut dum appellatur ab electione, à torturâ vel incarceratione *Tholoz. lib. 2. c. 14. n. 4.* hæc à Dd. consideratur dupliciter 1. quando non appellatur à Judice, sed à parte extra iudicium *per text in c. bona memoria. ext. de appell.* 2. quando appellatur à Judice extra judicialiter procedente, *Geil. lib. 1. obs. 129. n. 1. Marant. p. 6. tit. de appell. n. 267. Joh. Emeric. à Rosbach. in procesf. Jud. tit. 73 n. 3. Termin. in procesf. Jur. c. 52. Wesenbec. in π. n. 5. Harp. in procesf. Jud. decis. 18. d. 2. & talis appellatio nihil aliud est, quàm Provocatio ad causam c. cum sit Romana. ext. de appell. & tunc Iudex ordinarius ad eundem, non superior ordinario *Geil. d. l. Panorm. in c. dilecti n. 7. de appell. Hostiens. in sum. ext. de appell. Rüding. lib. 1. tit. 23. n. 6. 7. de Jur. Cam. in quibus præterea Judicialis appellatio ab extrajudiciali differat prolixè notat Scaccia de appell. p. 1. q. 2. n. 3. & sequens.**

#### Thesi. 4.

Subjectum ejus tam condemnati (a) ac quocunq; modo gravati (b) quàm alii etiam quorum interest (c) rectè constituuntur.

(a) Acomnes omninò regulariter quotquot per iniquam Magistratûs inferioris sententiam gravatos se existimant, cum commune gravatorum auxilium dicatur & nemini denegandum sit *l. 1. §. ult. ff. ad S. Cr. Turpill. l. Imperator 25. ff. l. minimè, 12. l. & in. 20. & l. si quis 30. C. b. t.* Sive proprio [quis nomine appellare velit, emolumento sc. causæ vel damno] illius ad se pertienente, *ut Ulpian definit in l. 1. §. in propria*



pria ff. *quand. appell.* ut Procurator in rem suam datus aut ipse Dominus litis: item hi qui ad civilia munera vel decurionatum vel honores evocantur l. 21. § 2. ff. *h. t.* § l. 1. § *solent.* § 3. ff. *quand. appell. sit.* criminali item Iudicio damnati, ut si quis fuerit Relegatus l. un. § 2. *nihil in novand. appell.* l. 6. in fin. C. *Si Reus vel Accus.* Deportatus d. l. un. § 3. l. fin. C. *si Reus vel Accus.* in exilium datus l. 3. in pr. C. *si pend. appell.* Magister militum à Præside condemnatus l. 33. C. *ead.* condemnatus ad mortem aut ad membri abscissionem si propter graviora appellare voluerit l. un. § 5. ff. *nihil in novand. appell.* sive alieno Nomine provocet, utpotè Tutores nomine pupillorum l. 24. in pr. l. 27. l. 28. § 2. ff. *quand. appell.* l. 10. C. *b. t.* Curatores nomine minorum, l. 1. § 13. ff. *quand. appell.* d. l. 24. § l. 27. ff. *b. t. d. l. unic.* § 1. in fin. ff. *si pend. appell.* Si sententia lata fuit contra ipsos l. 4. § ult. ff. *de appell.* l. Dominus § l. seq. C. *de appell.* l. in omnibus 17. C. *de Procur.* l. 8. § 8. ff. *mand.* Geil lib. 1. obs. 139. Appellationem tamen interpositam prosequi non tenentur l. 2. ff. *an per alium caus. appell.* Donell. 18. *com. jur. civ.* 16. Harpr. ad § 1. *de iis per quos agere poss.* n. 273. Sichard. in l. 16. C. *de Proc.* in 6. *Specul. h. t.* § *quis possit. vers. item Procur.* Syndici civitatum l. 1. § 13. *quand. appell.* Negotiorum gestor l. 24. pr. *b. t.* l. 64. pr. *de re Jud.* item fidejussor nomine Principalis condemnatus l. *si pro eâ C. mandat.* l. *si Procurator* § 8. ff. *ead.* excusatur tamen si ob paupertatem eam prosequi non possit *Ant. Hering. de fidejuss.* s. 26. n. 13. 14. 15. 16.

(b) c. *omnis expressus* 3. ca. 2. qu. 6. *Scacc. de appell.* p. 1. q. 5. art. 1. n. 1. adeò ut etiam in causis non magni momenti cui vis concedatur & concedi debeat. ut notant Dd. *Hypol. de Marsil.* in l. *unius* 18. § *cognitionum* n. 77. ff. *de quest.* *Rota decis.* 16. n. 3. *de dolo & contum.* § *decis.* 15. n. 2. *de Procur.* *Wesenbec. cons.* 43. n. 177. etiam in dubio *Geil lib. 1. obs.* 81. n. 11. *Wesenbec in Oec. con. jur.* ff. *de appell. recipiend.* § C. *de tempor.* § *repar. appell.* *Vulosej. c.* 33. *J. R. n.* 48.

(c) l. *non solent* 1. ff. *de app. recip.* l. *ab excusore* 4. § *alio condemn.* ff. *de appell.* l. *à sententiâ* 5. § l. 14. ff. *ead.* l. 2. § *sed si alius* ff. *quand. appell. e. cum super* 17. ext. *de sentent.* § *Re Jud.* *Geil.*

Geil lib. 1. Obs. 122. n. 5. sic Pater in causâ filii rectè appellat l. si Procuratorio. 2. § si is qui ff. quand. appell. & è contra Filius in causâ Patris l. ex consensu 23. § filium fam. ff. de appell. ut & Mater pro filiis l. 1. § 1. ff. de appell. recipiend. c. non solent. 2. q. 6. glos in jur. Sax. lib. 2. art. 63. ibi mag die Mutter vor ihres Kindes frenheit. Uxor quoq; pro marito captivo relaxando intercedere potest. l. 3. § 2. ff. de liberal. caus. Schurf. cent. 3. conf. 98. n. 3. Geil. lib 1. Obs. 133. n. 8. pro absente tamen non l. 4. C. de procurat. Treutl. vol. 2. Disp. ult. §. 2. lit. f. & è contra maritus pro uxore, cum cautione tamen de rato in receptitii l. 21. l. de procurat. Berlich. concl. 50. n. 7. in paraphernalibus simpliciter. Mynsing. cent. 3. Obs. 53. l. fin. C. de Pact. convent. tam super Dot. Geil lib. 1. Obs. 133. Rauchb. p. 1. q. 2. n. 42. Wenssenbec. in parat. de jure Dot. n. II. Extraneus etiam humanitatis ratione ductus pro extraneo in causâ capitali, l. non tantum 6. ff. de appell. Bachov. in not. ad Treutl. tbes. 2. in fin. etiam unus ex consortibus reliquis non appellantiq; suâ appellatione prodest, modo una eademque sit causa & defensionis paritas l. 1. § 2. C. si unus ex plur. appell. l. 10. § fin. ff. de appell. Geil lib. 1. Obs. 126. hodiè tamen Comitibus Imper. de Ao. 66. §. hinfüran. definitum, omnia appellantium nomina supplici libello inserenda esse.

Thesi. 5.

Exceptis tamen servis (a) contumacibus (b) convictis & confessis sponte simul (c) in delicto notorio deprehensis (d) trino Judicio superatis (e) iisq; qui pacto interveniente Appellationi renunciarunt (f) aut qui ab exactione Tributorum, collectarum fisci, aut Reipubl. provocare satagunt (g)

(a) l. 15. l. 28 ff. de appell. quia de jure civili, pro nullis habentur l. 32. ff. d. R. I. neq; habent legitimam personam standi in Judicio, idcirco nomine eorum Domini appellant l. 18. ff. d. appell. Wenssenbec in π. b. t. n. 7. quod si tamen nec Dominus nec alius pro iis appellet, ipsis qui tristem sententiam passi sunt,

sunt, appellationis auxilium non denegatur l. servi §. ff. b. r. Donell. 18. comm. 6.

(b) l. 13. §. 3. & 4. C. de Jud. l. 73. §. 3. ff. eod. l. 1. C. quorū appell. non recip. Novell. 82. c. 3. contumax autem ille solum videtur, qui tribus edictis vel uno peremptorio citatus non comparat l. 53. §. 1. ff. de Re Jud. l. 5. ff. de pœn. requirendum tamen an subsit causa justa l. 2. §. 3. ff. si quis caut. l. 53. §. 2 ff. de Re Jud. utputa si citaretur ad locum non tutum, aut propter infirmitatem comparere non possit, elem. Pastoralis de Re Jud. c. 4. ext. ut lite non contest. contumacibus ejusmodi non dissimiles valde sunt ex eremodicio condemnati l. 13. §. sin autem cum §. seq. C. de Jud. Reo enim qui lite contestatā discescit, & legitimè citatus non comparet, ut causā cognitā definitivè fuerit pronunciatum, appellare pariter non licet d. l. 13. §. cum autem 4. C. de Jud. Treusl. d. disp. ult. §. 3. lit d. ibiq; Bachov. in not.

(c) Ex l. observare. 2. C. quor. appellat. non recip. si quis se homicidarum, veneficorum, adulterorum, &c. argumens convictus, uti loquitur Imp. testibus superatus, voce etiam propria vitium, scelusq; confessus fuerit. Reo n. ita convicto & confesso, de delicto constat; & hoc si certum sit, de pœnā quoq; constare potest; à lege autem certā, & à pœnā lege definita appellati nequit l. aliud est. 131. & ibi Gadd. in §. 1. n. 7. l. si qua pœna. 244. ibiq; Godofred. lit. Z. de V. S. Rauchbar. part. 2. qu. 8. n. 17. & seq. Conjunctim autem requiritur, ut quis convictus sit probatione clarā, & confessus spontè Maranta d. part. 6. n. 292. quæ l. 2. dispositio etiam inter canones relata est, uti patet ex c. ei qui appellat. § sunt quorum ca. 2. qu. 7. Cæterum convictus tantum, aut metu etiam tormentorum, (non spontè) confessus simul, sibi non præjudicat, d. l. 2. C. d. l. cum confessio ex necessitate facta, fides non sit, pessimumq; foret de suspitione aut extortā confessione quempiam judicare, Geil. lib. 1. de P. P. c. 15. n. 8. Spontè v. confessi ad appellationem non admittuntur; arg. d. l. 2. & per text. expr. in c. Romana §. sin a. X. h. t. c. quicumq; caus. 2. qu. 6. c. cum sit Romana, § sin. c. pervenis 13. c. consuluit 14. cum similib. X

B h. t.

at l. si  
cau-  
r pro  
n jur.  
pheit.  
otest,  
libi.  
reutl.  
cum  
Ber-  
sing.  
lib. 1.  
Dot.  
tra-  
v. in  
quis  
dem-  
r. ap-  
Co-  
llan-  
  
ous  
de-  
fu-  
el-  
ne  
ro-  
  
ha-  
an-  
ff.  
nus  
asli  
nt,



b. t. cum appellatio introducta sit ad emendandam sententiæ  
iniquitatem, & ut præsidium sit innocentiae, non malitiæ, quæ  
utiq; in confesso est, c. cum speciali. 61. §. porro. X. b. 2. Bachov. ad  
Trentl. dict. disp. ult. §. 3. lit. f. in not. Nisi tamen confessus errorē  
fortè confessionis allegare velit, Rauchb. id. quest. 8. n. 38.  
& Bachov. d. loc. In civilibus v. in confessis nullæ sunt aliæ par-  
tes iudicis, quàm condemnare, imò & confessus pro iudicato  
est l. ff. de confessis. in tantum, ut si de plano procedatur nec  
sententiã opus sit. l. post rem abi. Dd. ff. d. confessis, quamvis  
hodiè moribus nostris sententia semper opus esse velit Wesenb.  
par. ff. d. l. de confess. n. 8. in fin. Ab hac v. appellatio rectè etiam  
denegatur c. consuluit. 14. & 28. cum seq. & c. cum speciali. §. por-  
rò X. b. 2. nisi iusta allegetur erroris caus. Trentler. d. disp. ult. §. 3.  
lit. f. ibiq; Bachov. in not. Atq; hæc quidem de l. communi. Ho-  
die, v. in Rom. Imperio ex inveteratâ consuetudine in causis  
criminalibus appellationes planè non admitti notat Mynsing.  
cent. 2. obs. 98. & cent. 4. obs. 4. Geil. lib. 1. obs. 1. n. 27. Beust. in rubr.  
de iurejur. n. 97. Petr. Freder. de processibus in cam. extrab. lib.  
1. c. 9. n. 3. & alii, idemq; in Reces. Imperii de Anno 1530. August.  
§. Item als iekt etliche. & in ordinat. camer. p. 2. c. 28. §. Item  
nach dem auch confirmari videtur: rectius tn. forte prohibitio  
ista ad appellationem quæ in Rom. Imperio ad cameram, tan-  
quam supremum Imperii tribunal sit, restringitur, exclusis ap-  
pellationib; iis quæ ad inferiora iudicia referuntur, cum Mol-  
lero lib. 4. semestr. c. 33. n. 7. Vultej. lib. 2. §. R. c. 33. n. 25. Rousner.  
lib. 2. decis. 23. n. 21. ut in reliquis iudiciis juris communis di-  
spositio non immeritò observatur, Rauchb. d. qv. 8. n. 45.  
& Carpz. part. 3. pract. crimin. qv. 139. num. 31. & seqq.

(d) Hippol. de Marfil. ad d. l. un. C. de rapt. virg. n. 142.  
& qvos statim puniri publica exposcit utilitas l. constitutiones  
16. ff. h. t. Petr. Gregor. Tholoz. in part. Jur. Can. lib. 5. tit. 15.  
c. 2. ubi non conjunctim probatio & confessio requiruntur,  
sed alterutrum sufficit Rauchbar. & ab eo citati part. 2. qv. 8.  
n. 11. & 16. Qvales sunt, latrones, insignes seditionum con-  
citatores, & similes l. 16. ff. de appell. c. Romana de app. in 6. vir-  
ginum raptores l. un. in fin. C. de rapt. virgin. Specul. tit. de  
appell. vers. secundo. & monetæ adulteratores. l. 1. in pr. l. 2. in  
fin.

fin. C. de fals. monet. Maranta d. part. 6. n. 294. & Bronchorst. 2. miscell. 74. His addendi omnes, quos ipse Imper. in l. 2. C. quor. appell. non recip. describit utpote homicidæ, venefici, adulteri &c. requiritur tamen notorietas talis, ut nullâ tergiversatione celari possit c. cum olim 24. ext. de V. S. i. de manifesta 17. caus. 2. quest. 1. & nisi causam probabilem in appellationem inserat Treutl. vol. 1. disp. ult. § 3. lit. 1. Clarus §. fin. q. 94. in fin. damnatum quoq; læsæ Majestatis nequaquam appellare posse cum Bacchov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 3. lit. K. contra ipsum Treutl. statuimus, cum maxima inter sit puniri tales, & propter dilatum supplicium gravissima incommoda sequi possent, tum quod ob criminis gravitatem negetur Jus appellandi, quod in hoc crimine nemo negabit esse atrocissimum; tum deniq; quod Jus hodiè non tantum de Jure Saxonico Landrecht lib. 1. art. 12. sed etiam ex generali Germaniæ consuetudine ad omnes alios criminum reos extendatur ergò etiam ad damnatos L. Maj. Wesenbec. parat. de appell. recipiend. n. 3. Kammergerichts Ordnung part. 2. tit. 28. §. item nach dem auch Geil. lib. 1. obs. 1. n. 28. & lib. de Pac. publ. c. ult. Idem statuit Maranta d. p. 6. n. 297. Decian. lib. 7. tract. crim. c. 6. n. 14. Rauchbar d. p. 2. qu. 8. n. 9. & alii.

(e) per text. expres. in l. un. C. ne lic. in una ead. caus. iere. provoc. ibiq; Bl. Salycetus & alii. Anton. Tesauro. decis. 122 & decis. 128. Scaccia d. tr. qu. 17. limit. 1. Didacus Covarruv. pract. qu. 25. quæ constitutio tum ad unum idemq; capitulum, tum ad unam eandemq; partem pertinet, ita ut actori & reo singulis bis, & ita quatuor in unâ causâ liceat appellare: quod post Specular. rectè deducit Bacchov. in not. suis d. 3. lit. l. de J. v. Saxon. hanc d. l. un. dispositionem abrogatam esse vult Dn. Carpz. lib. 3. Resp. tit. 10. Resp. 101. n. 12. & seq.

(f) l. 5. §. final. C. de tempor. appellat. Mynsing. cent. 1. obs. 14. l. 1. §. 3. ff. de quib. appell. non licet l. 3. C. de Fid. Instrum. Kammergerichts Ordnung part. 2. tit. 28. §. 2. circ. fin. Es wäre denn daß einer sich freiwillig / und ungezwungen vorhin der Appellation begeben Hering. de fidejuss. p. 5. c. 27. n. 60. nemini enim licet adversus pacta sua venire & contrahentes decipere

pere l. 27. d. R. I. l. 29. C. de pact. l. 51. C. de Episcop. & Cler. & Jus  
semel alicui acquisitum invito rursus auferri nequit l. fin.  
ff. de pact.

(g) l. fin. C. quorum appell. non recip. Wesenbec. in parat. de  
appell. recipiend. n. 3. hucq; commodè referri potest, quod vi-  
dere est in Receptis Imperii An. 66. verb. Da die Unterthanen  
ihre gebührende und auffgesetzte Anlage zu angestellten termi-  
nis nicht liefern wollen/das sie von ihrer Obrigkeit durch gebühr-  
liche Mittel angehalten: dawider auch solchen ungehorsamen  
Unterthanen gegen ihre Obrigkeit/ an unserem Kayserslichen  
Kammergerichte kein Proceß erkandt werden sollen.

Thesis VI.

Objectum Appellationis sunt sententiæ  
definitivæ (a) in causis tam civilibus quam cri-  
minalibus (b) aut alia Decreta Judicum imò &  
sententiæ interlocutoria interdum, (c) non  
meræ tamen. (d)

(a) de his nullum est dubium, causa enim perfectè exa-  
minata & per sententiam terminata transit ad executionem  
nisi ab eâ fuerit appellatum *Auth. novo Jure C. de Relat.* de-  
bent autem esse validæ, nam à nullis & invalidis frustra appel-  
latur cum ipso jure corruant *Wesenbec. in parat. n. 8. h. r.*  
*l. 19. l. 23. ff. de appell. T. T. C. quand. provoc. non est neces. l. 1. ff.*  
*qua Sentent. sine app. rescind.* Quod si tamè & sententiæ vel nihil  
noceat adversario, ut de testamento aperiendo, de hærede  
scripto in possessione inducendo, &c. *l. ult. pr. ff. de appel. recip.*  
vel parû oblit, ubi quæ de momentaneâ possessione fertur.  
*l. un. C. si de moment. possess. fuer. appel.* appellationi locus non  
erit. *Tiraqv. in tr. le mora Saist le vis. part. 6. declar. 6. Menoch. ad-  
pisc. possess. remed. 4. n. 807. & seqq. Maranta h. r. n. 305. &  
seqq. Mynsing. cont. 6. obs. 13. Wurmsfer. tit. 24. obs. 12. Hartman.  
obs. 24. tit. 19. & alii.* Pari modo nec ab executione appel-  
lare permittitur *l. 4. in pr. ff. h. r. l. 25. vers. qua non contra ex-  
ecutionem C. eod.* nisi executor sententiam malè dicatur inter-  
pretari

pretari aut modum excedere d. l. 4. & l. ab executione 5. C. quor. appellat. non recip. Donell. 28. comm. 6. ibiq; Hill. lit. bb. ubi & alia quaedam ejusmodi caus.

(b) text. express. in l. 6. l. 14. l. 29. l. 30. in fin. C. de appell. l. 6. ff. h. t. l. 6. in fin. C. d. Episcop. audient. l. 2. in fin. C. quorum appell. non recip. l. 6. §. 8. ff. de injust. rupt. irrit. l. 13. §. 2. ff. qui Testam. fac. poss. Specul. de appell. §. 1. n. 10. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 7. n. 27. Mynsing. cent. 4. obs. 41. n. 1. Geil. lib. 5. obs. 4. n. 28. & lib. 1. de P. P. c. 20. n. 36. Berlich. pract. concl. 35. n. 24. Wesenbec. in parat. de appell. recipiend. n. 2. Carpzov. in prax. crim. part. 3. q. 139. & lib. Respons. 3. tit. 12. Respons. 128. n. 8. 9. 10. sive reus ad poenam ultimi supplicii, condemnatus, sive tortura ejus solummodo per sententiam indicta fuerit text. expr. in l. 2. C. quor. appell. non recip. Carpz. d. l. Respons. 128. n. 2. adeo ut si judex non obstante appellati- one ad torturam processerit & confessionem extorsit, ta- lis confessio nulla sit ad condemnandum Prosper. Farinac. qv. 38. n. 17. Carpzov. in prax. crim. p. 3. quest. 139. n. 14. à proces- su tamen inquisitorio ad Cam. Imperial. appellare non licet per Revesf. August. de Anno 1530. §. item als ietzt etliche Zeit her. & Ord. Cam. p. 2. tit. 28. Idem autem & in provinciis obtine- re, ut ab inferiori judice ad superiorem in inquisitionis pro- cessu appellari pariter nequeat, vult Moller. libr. 4. semestr. c. 33. n. 45. Carpz. d. l. n. 15. & seqq. n. 31. ubi multas adfert rationes & lib. Resp. 3. tit. 12. R. 120. n. 6. à quibus diversum sen- tit Berlich. part. 2. decis. 231. Nos cum Excellentiss. Dn. Brun- nemanno facimus in tr. de Inquisit. c. 10. n. 19. p. 329. Caeterum in causis non majoribus tantum, sed & minoribus appellare licet, secund. l. 20. C. b. r. Sed quænam illæ? Marantz h. t. n. 326. & seq. majores d. l. causas exponit, criminales, minores v. civiles, At Pontifex in c. d. appellat. II. X. b. r. pro quacunq; levi & mi- nimâ causâ ut deferatur appellationi præcipit. Uti v. Impe- rator Nov. 31. c. 1. summo studio se cavisse memorat, ne ap- pellationes intra 500. solidos ad aulam suam deferantur, ita hodie non tantum certa quantitas præscripta, intra quam lites consistentes ad Camer. Imp. devolvi nequeunt, Hill. ad Don. lib. 17. comm. 9. lit. K. in not. Sed & plerisq; Imperii stati-

bus certa sunt indulta privilegia, ne intra certam summam ab iis ad Imperii Cameram provocare liceat, quæ ordine hic exequi longum nimis foret, & videre ea licet apud *Limu. de J. P. & Carpoz. L. Reg. Germ. 9. sect. 8. n. 3.*

(c) Si scil. habeant vim sententiæ definitivæ, *Cammergerichts-Ordnung part. 2. tit. 29. §. und so von Benurtheln Geil. lib. 1. obs. 130. & obs. 132. n. 2. Mynsing. cent. 3. obs. 88.* aut damnū irreparabile contineant *l. ait Prator. 7. l. sed etsi pecunia 2. sub fin. ff. de Minor. l. 2. ff. de appel. recipiend. Geil. lib. 1. obs. 129. n. 1. Mynsing. cent. 4. obs. 43. Berl. part. 1. concl. 50. n. 42. Carpoz. Jurispr. forens. p. 1. const. 20. def. 12. n. 1. aliàs de l. Civ. regulariter ab interlocutoria appellari non potest, l. 7. C. quor. appell. non recip. aliud ex Canonum jure obtinet, qui ab omni gravamine & quavis sententia provocationem permittunt, per text. expr. in c. super 12. c. ex parte 47. c. cum cessante 60. ext. de appell. Geil. lib. 1. obs. 120. n. 2. Wesenbec. parat. ff. h. t. n. 8. Specul. lib. 2. part. 3. b. t. §. 2. n. 15. quo Jure nos uti testatur Brederod. The-saur. in Bart. quest. à quibus Judicibus appell. §. appellari an & quan-do possit ab interlocut. quod & in foro Saxonico receptum We-senbec. in parat. tit. n. 8. Col. decis. 269. Rauchbar. p. 2. q. 6. n. 55. Carpoz. Jurispr. forens. p. 1. const. 19. def. 23.*

(d) meræ sunt quæ super puncto aliquo incidenti ipsam causam principalem non concernente, utpote super dilatio-ne dandâ, cautione præstandâ &c. ad formandum melius processum, feruntur. *Vultej. lib. 2. §. R. c. 30. & ab hisce regulariter appellatio de Jure civili est impermissa l. 5. §. 2. ff. de appell. l. 4. ff. eod. l. 7. C. quorum Appellat. non recip. l. 16. C. de Jud. l. 2. C. de Episcop. audient. l. fin. C. de Sent. & interlocut. Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. fin. & tit. 29. §. 4. part. 3. tit. 31. §. 3.*

#### Thesis VII.

Judicium diximus, eorumq; regulariter omnium (a) tam delegatorum quam ordinari-orum. (b)

(a) Tam superiorum quam inferiorum *c. ad Roman. 6. c. omnis 3. caus. 2. quest. 6. Speculat. tit. de appell. §. videndum Geil.*



Geil lib 1. obs. 144. n. 5. quia cujusvis Judicis est cavere, ne ini-  
què Judicando conscientiam suam oneret l. 14. & auth. seq.  
C. de jud. Novell. 8. c. 3. superiores autem intelligimus subalter-  
nos, non summos, vid. & seq.

(b) l. 23. pr ff. de Appell. l. arbitro 9. ff. qui satisd. cog. l.  
cum specialis 18. C. de Jud. l. 19. C. b. t. l. 31. l. 34. C. eod. c. omnis 3.  
c. ad Romanam 6. c. placuit 9. caus. 2. q. 6. c. cum sit Roman. 7.  
ext de appell. Wesenbec. in parat. ff. quis & à quo appell. Cujac. 7. obs.  
21. Vult. Jurispr. Rom. lib. 2. c. 33. §. propria, à commissariis etiam  
Cæsaris ad Imperatorem, & qui à reliquis Principibus dati,  
ad ipsos Principes provocari potest. ratio. quia à delegato ad  
delegantem regulariter provocatio valet. Geil lib 1. obs. 121. n.  
1. Scaccia de appell. quest. 7. n. 14. Groeven. lib. 1. concl. 12. n. 1, quia  
fit gradatim sec. rationem Juris communis, nullo omisso me-  
dio: atq; ita pronunciatum refert Carpzov. in lib. Resp. 3. tit. 12.  
Resp. 124. deniq; ab omnibus licet appellare à quibus appel-  
lare non est prohibi tum l. & à majoribus 20. C. de appell. Geil lib.  
1. obs. 149. n. 5. Mod. Pistor quest. 157. n. 1. part. 4. qua dere in q.  
seq.

#### Thesi. VIII.

Neq; tamen à Præfecto Prætorio (a) neq;  
à Judicibus sacri Palatii (b) neq; ab eo, cui remo-  
tâ appellatione causam commisit Princeps (c)  
tantum abest, ut ab ipso Principe seu Imperato-  
re appellari possit. (d) cui moderno Imperii Ju-  
re & Principes Electores junguntur. (e)

(a) l. Si quis Provocation. c. 30. l. jubemus 34. C. de appell. l.  
unic. ff. de off. præf. prætor. ubi Aur. Arcad. Charisius rationem  
addit, §. 1. vers. credidit n. Princeps. credidit enim Princeps  
non aliter judicaturum esse, pro sapientiâ ac jure dignitatis  
suz quàm ipse foret judicaturus, concordat l. à Proconsulibus  
19. §. 1. C. de appell. supplicari tamen potest de retractandâ ipsi-  
us sententiâ intra biennium l. unic. C. de sent. Præf. prætor.  
Vult. c. 33. J. R. n. 14. hodiè intrâ decennium Novell. 119. c. 5.  
Mo-

Moderno Imperii jure Serenissimos Electores iisdē comparari voluit *Wesenb. consil. 40. n. 46. & consil. 46. n. 2.* quam fortē injuriā carpit eo nomine *Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jur. v. jus. c. 3. v. 34.* uti notat *Hillig, ad Donell. d. l. 28. comm. c. 6. lit. n. ac de his infra in hac θ. lit. e.*

(b) *l. Jubeamus 34. l. in offerendis 37. C. d. appell. Principe sc. consulto & causā ab iis examinata d. l. 34. Maranta h. l. n. 251.* quō hodie supremæ regnorum curiæ referendæ sunt, veluti Parlamenta Franciæ, & cum primis Imperialis Camera, *Hill. d. θ. 6. lit. Q.*

(c) *c. Pastoralis 53. & c. inquisitioni 7. ext. de appellat. l. 1. §. 4. à quibus appellare non licet Mynsing. cen. 1. obs. 31. n. 5. Geil lib. 1. obs. 33. n. 5.* Quod solus Princeps facere potest *Wesenbec in parat. à quib. appell. non licet, num. 5. per l. 1. §. fin. ff. de appell. Specul. de appellat. §. in quibus. vers. verum quia. Mynsing cent. 1. obs. 3. Bolten. de appell. pos. 10. lit. a.*

(d) *l. 1. §. 1. à quib. appell. non licet. Speculat. d. appell. §. videndum. n. 1.* quia eo major in terris non invenitur *c. anteriorem §. illo, caus. 2. quest. 6, Wesenbec. in parat. à quib. appell. non licet n. 1. & ne in contemptum abeat Imperii Majestas & Autoritas Geil lib. 1. Obs. 1. n. 7 & obs. 121. n. 3.* à rescripto tamen eorum appellare licet *l. 1. §. 1. ff. de appell. l. 2. C. de appel. l. 29. ff. ad L. Cornel. de fals. Donell. 28. comm. 6. fol. 437.* ut si per mendacium, calliditatem sub & obreptionem impetratum esse doceri possit, & sententia à iudice inferiore juxta id rescriptum, ad consultationem ejusdem emissam, contrā appellantem lata fuerit, *Donell. d. l. ibiq; Hillig. in notis lit. z. cum & aliās Rescriptū sub & obreptitæ impetratum non valeat ac nullum sit. c. cum dilectus de Rescript. Felin. in c. ad audientiam eod. n. 18. Wesenbec vol. 1. cons. 43. n. 36. Decius vol. 2. cons. 98.* Sic & ab alio superiorem non recognoscente, ut sunt, Rex Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Poloniæ *c. per venerabilem ext. qui fil. sint legit. Specul. tit. de appell. §. videndum n. 3.* vel à Republ. liberā ut potē Venetorum appellari non posse constat. Sed numquid à Principe malè inf. & c. appellari poterit? Affirmat *Bodin. l. de Rep. 10. n. 163. Chassan. in catal. glor. mund. p. 5. consil. 24. n. 103. & post alios etiam Menoch. de A. J. Q. 97. 27. n. 21. Negat Geil lib. 1. Obs.*

1. obs. ult. & noviss. Dn. Carpzov. lib. 3. resp. tit. 12. resp. 126. n. 9.  
& seq. cum limitat. duplici n. 20. & seq. cui & nos adstipu-  
lamur.

(e) Per text. expr. in aurea bulla Carol. 4. sub tit. von  
der Churfürsten Freyheiten. II. Peucer. lib. 5. Chronic. Carpzov.  
in lib. Respons. 3. tit. 12. Resp. 125, 126, quamvis autem Judicia E-  
lectorum omnium in dultu Caroli 4. in aurea bulla d. c. II. de  
Imm. Elect. fuerint *ἀντινόμοια*, attamen partim usu contra-  
rio, partim renunciatione talia esse desierunt, exceptis iis, quæ  
habent Illustrissimus Elector Saxo, ac reliqui Duces Saxonie, ut  
& Serenissimi ac Potentissimi Electores Brandenburgici, qui  
factum tectum hoc Privilegiū hucusq; observarunt. Vid. post  
alios Carpzov. de L. Reg. German. c. 9. Sect. 8. l. 1. hodie hac in re  
pares sunt Archiduces Austriæ, qui inter cætera à variis Imp.  
impetrata privilegia & hoc obtinuerunt, *daß von ihnen an ei-  
nen Känser und König / noch an daß Reichs Cammer-Gerichte  
oder andere gerichte nicht appelliret, suppliciret, noch redimi-  
ret werden kan.* Carpz. d. l. n. 5. Justus Sinolt. cognomine Schütz in  
Colleg. publ. de statu Rei. R. disp. 7. §. 26. Mynsing cent. 2. obs. 98. n. 1.  
Thesi. 9.

Arbitratores quod attinet, ab eorum equi-  
dem sententiâ pariter non appellatur (a) redu-  
ctio tamen ad arbitrium boni Viri ad 30 usq; an-  
nos (b) à Judice competente peti potest. (c) & il-  
lius, in quem compromissum est arbitrium, per  
oppositam doli exceptionem retractamus. (d)

(a) l. 27. §. 2. l. 32. §. 14. de recept. arbitr. l. 1. C. eod. l. ult.  
fam. herciscund. l. 76. pro socio. Hostiens. in sum. lib. 1. tit. de arbitr.  
Geil lib. 1. obs. 150. Wesenbec. in parat. à quib. appell. non lic. n. 5.  
Mynsing. cent. 4. obs. 68. Ratio. quia ex arbitri ejusmodi sen-  
tentiâ non oritur actiō Judicati vid. Ayrer. in proces. p. 3. c. 2.  
obs. 3. & sibi debet imputare qui compromisit l. diem proferre  
27. §. stari autem debet. 2. §. de recept. arbitr. l. 2. C. eod. Jure Ca-  
nonico. tamen ab omni arbitro appellare licet per text. express.  
in c. sanè. 34. caus. 2. quest. 6. C (b) Hac

(b) Hac de re Dd. controvertunt. Bartol. in l. societatem §. arbitratorum n. 22. ff. pro socio hanc quaestionem Principis decisionem requirere ait. Specul. tit. de arbitr. & arbitrat. §. sequitur. n. 24. vers. sed inter quod tempus. decendum requirit, quem seq. Panorm. in c. quintavallis n. 16. ext. de Jurejur. Verior tamen & communis conclusio, quam etiam Cameram sequi testatur Geil. lib. 1. obs. 150. n. 2. reductionem peti posse usq; ad 30. annos secund. Bart. in d. §. arbitratorum n. 22. Bald. in l. fin. n. 16. C. de contrahend. emt. Marant. p. 6. tit. de appell. n. 112. communē dicens. Decius. conf. 39. n. 6. Paris conf. 45. n. 59. vol. 1. Ratio. quia jus reductionis ad arbitrium boni viri est personale & per consequens non praescribitur, nisi spatio 30. annorum per text. in l. sicut C. de praescript. 30. vel 40. annor. Angel. conf. 315. n. 1.

(c) Illo sc. qui iudex esset, si actor in Judicio litigaret. Mynsing. cent. 2. obs. 61. Marant. b. l. num. 126. Bart. in l. societatem §. arbitratorum n. 21. ff. pro socio. Panorm. in c. quintavallis n. 39. de Jurejur. & in c. cum dilectus n. 20. de arbitr. Covarr. var. resol. lib. 2. c. 12. n. 10. Ratio. quia reductio fit ad arbitrium boni Viri text. in l. societatem §. arbitrator. ff. pro soc. Vir autem bonus Iudex ordinarius de Jure appellatur Geil. lib. 1. obs. 149. n. 3. per l. vir bonus ff. Jud. solvi. l. continuus §. cum ita ff. de V. O. l. caterae §. 1. ff. fam. hercisund. Zas. in §. action. 58. Inst. de actionib. ab hujus tamen sententia super reductione lata, provocatio permisa est. Covarruv. variar. resol. lib. 2. c. 12 & Geil. d. loc. n. 5.

(d) d. l. non distingvemus 32. §. 14. ff. de recept. arbitr. l. 3. C. eod. l. apud Celsum §. item quaritur 2. ff. de doli except. Ratio est, quia quoties quis aliquid in arbitrium alterius rejicit, intelligitur ita rejecisse, ut arbitrium tale praestetur, quale viro bono convenit, quod sit rationi & Justitiae consentaneum non vagum & indiscretum, sed sine dolo aut lata culpa & enormissima laesione Geil. d. obs. 150. n. 17. per text. in c. in generali d. R. J. in 6. text. notab. in l. si Libertus 30. ff. de oper. libert. l. si in lege ff. locat. l. creditor §. Lucius ff. mandat. in fin. Alexand. conf. 121. n. 6. vol. 7. Atq; haec in iis obtinent arbitris, ad quos ex compromisso itum est, aliud est in arbitris Juris qui ex necessitate legis vel statuti eliguntur, s. qui à Praetore litigatoribus

900

toribus constituuntur, de quibus in *l. fin. C. de judic.* & in *c. suspitionis X. de offic. deleg.* ab ejusmodi enim arbitri sententia appellari potest *c. ab arbitris d. offic. delegat. in 6 d. l. fin. C. de Judic. l. arbitro ff. qui satisd. cog. Marant. d. l. n. 277. & Hill. ad Don. 28. comm. ult. lit. C.*

Thesi X.

Forma Appellationis in legitimo illius ordine, modo ac tempore consistit. Ordo autem justus est quando gradatim ab inferiore Judice ad superiorem provocatur (a) nisi proximo evidenter protrahat vel deneget Justitiam. (b)

(a) ab inferiore à quo per sententiam vel decretum gravamen illatum est. Ac hujus si haberi copia non possit, coram Notario aliisque fide dignis personis interponenda erit appellatio, *Bl. in l. apertissimi. C. de Judic. Wesenb. consil. 1. n. 30.* idemque erit, si appellans inferioris judicis aditum horret, ut hoc nomine eum appellare non audeat. *Cyn. Bl. Salicet. & Dd. communiter in l. 2. C. de his qui per me. jud. Gvid. Papa decis. 436. & alii.* Et ab inferiori directè vel indirectè ad superiorem instituitur provocatio, *c. anteriorum 28. caus. 2. quest. 6. c. dilecti 66. ext. de appell. l. 1. §. 3. l. 21. ff. de appell. l. 32. C. eod. Mynsing. cent. 1. obs. 67. Geil lib. 1. obs. 119. n. 2. Wesenbec. in parat. de app. n. 9. Specul. tit. de appell. §. 4. n. 1. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 67. Carpz. Jurispr. forens. p. 1. const. 20. def. 4. n. 3. & lib. Resp. 3. tit. 12. R. 124. n. 6, non à majori ad minorem Wesenbec. in parat. n. 3. h. t. Græven. p. 1. obs. pract. 119. n. 4. quia superior debet corrigere, quod fecit inferior *c. inferior. c. submittitur dist. 21. c. cum inferior ext. de maj. & obed. nec à pari ad parem, quia rescissio aut reformatio sententiæ quæ non rarò fit in secundâ Instantiâ non potest contingere, nisi vi potestatis majoris & superioritatis. Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 1. lit. b. c. d. Zasius ad l. 1. §. veteres n. 9. de acquirend. posses. nec valet consuetudo ut appelletur à majori ad minorem vel à pari ad parem Felin. in rubr. ext. de appell. Scaccia de appell. q. 2. art. 1. n. 6.**

*Carpz lib. Resp. 3 tit. 12. R. 126. n. 10.* Moribus tamen induci posse, ut ad peregrinum Judicem, & à quo non dependet jurisdictionis à quo, appelletur, notat *Coler. consil. 1. n. 283. & seq.* Uti olim ex Regno Bohemiæ provocationes ad Curiam Magdeburg. & Lipsensem, priusquam appellationum iudicium Pragæ fuit institutum in usu fuerunt, hodieq; à Rostochiensis Senatu vel Curiam Ducis Megapolensis, vel Senatum Lubecensem appellare liberum est, *Justus Sinolt / cognom. Schütz in colleg. publ. disp. 6. 6. 20. lit. C. & ante eum Hillig. ad Donell. 28. comm. 7. lit. a.* Cæterum gradatim appellationem fieri debere diximus, id est, ab inferiori ad proximè superiorem, non eo omisso ad summum, *Nov. 30. c. 9. & exempla vidère licet in l. Imp. 21. ff. b. t. & l. 29. C. eod. De j. Canon. textus est in c. dilecti & ibi Dd. X. de tit. Myns. cent. 1. obs. 67. Geil. 1. obs. 119. n. 2. Spekhan. cent. 2. cl. 4. qv. 37. & Dd. communiter.* Hujus tamen regulæ variæ occurrunt passim exceptiones, ita enim de jure Canonico omisso medio ad Papam provocari potest. *text. expr. in c. ad Romanam 6. caus. 2. quest. 6. c. si duobus 7. c. sollicitudinem 54. ext. de app. Mynsing. cent. 2. obs. 4. n. 3. Geil. lib. 1. obs. 119. n. 2. Berl. p. 1. concl. 50. n. 68.* quia est ordinarius & caput singulorum *Spec. tit. de app. §. 4. c. ad Romanam 6. caus. 2. quest. 6.* Ita studiosus à quocunq; Judice inferiori ad Imper. omisso medio appellat *Ayrer. in procesf. p. 1. c. 4. n. 9. Bl. in aurb. habitâ. C. ne filius pro patre. n. 29. Scaccia de appell. quest. 7. n. 102. Decius in c. dilecti ext. de appell. Idem juris habere putantur pupilli, senes, viduæ, aliæq; miserabiles personæ text. expr. in l. unic. C. quand. Imp. inter. pupill. Scac. de appell. quest. 7. n. 113. idem est si consuetudine ita inductum sit text. expr. in c. Romana 3. §. archidiaconis de app. in 6. Mynsing. cent. 1. obs. 67. Scacc. de app. quest. 7. n. 93. Hostiens in sum. ext. de app. n. 4. aut si Judex inferior suâ sponte causam ad superiorem remiserit, *Cammer. Gerichts Ordnung p. 2. tit. 29. vers. Es wäre denn Mynsing. cent. 1. obs. 67. Geil. lib. 1. obs. 119. n. 2. Berl. p. 1. concl. 50. n. 88.* non tamen cogitur superior recipere appellationem, sed non obstante permissione Judicis inferioris causam ad hunc remittere poterit ut rectè  
conclu-*

concludit. *Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 6. lit. a. b.*  
Alios etiam ejusmodi casus apud *Marant. & Scacciam d. l. vi-*  
*dere est.*

(b) *Cammergerichts-Ordnung p. 2. tit. 29. vers. Es wäre*  
*denn / daß der nächste Unterrichter. Mynsing. d. obs. 67. Geil.*  
*d. l. Schrad. tract. de feud. p. 10. sect. 4. n. 38. Carpz. Jur. for. p. 1.*  
*const. 20. def. 4. n. 6. Ad hoc tamen requiritur, ut Judex ter re-*  
*quisitus Justitiam denegaverit Geil. lib. 1. obs. 28. n. 5. Mynsign.*  
*cent. 2. obs. 24. Berl. concl. 50. n. 74. & Documentam quo pro-*  
*betur denegatio ab appellante produci possit, Mynsing. d. obs.*  
*24. & cent. 2. obs. 82. n. 3. Geil. lib. 1. obs. 28. n. 3. Berlich. p. 1. concl.*  
*50. n. 75. Nec sufficit Juramentum partis dicentis se non spe-*  
*rare consequi justitiam Geil. lib. 1. obs. 28. n. 3. & Berlich. d. l.*  
*n. 76.*

#### Thesi. XI.

Modus in eo consistit, ut si incontinenti à  
Decreto vel Sententia Judicis quis appellare ve-  
lit (a) vivâ illud voce, (b) ex intervallo autem in  
scriptis idem expedire debeat. (c)

(a) h. e. Judice adhuc pro tribunali sedente neq; ad ali-  
os actus divertente, licet id totum diem duraret *Berl. p. 1.*  
*concl. 50. n. 93. Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 7. lit. a. Saxon. auff un-*  
*verwandten oder unverrugtem Fuß Teub. in Instrukt. Procesf.*  
*6. 26.*

(b) & tunc satis est si dicat appello, hæc q; ad acta referri  
peto. *text. expr. in l. sed si apud acta 2. ff. de appell. Mynsign. cent.*  
*2. obs. 15. n. 1. Speculat. lib. 4. partis. 2. tit. de appell. §. 1. n. 7.*  
*Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 7. lit. a. quo ipso ad Judicem superio-*  
*rem cognitio causæ devolvitur, siquidem vocula hæc vim de-*  
*volutivam & suspensivam habet. Carpz. in lib. Resp. 3. tit. 12.*  
*R. 108. qua de re infra §. 17. & dicitur hæc appellatio mit leben-*  
*diger Stimme auff frehem Fusse Carpzov. d. l. Berlich. p. 1. concl.*  
*50. n. 98. Petr. Termin. c. 230. n. 38.*

(c) dupliciter ex intervallo appellatur; aut enim à Sen-  
tentiâ definitivâ aut interlocutoriâ, Priori casu coram No-

tario & testibus appellandum, & Instrumentum appellati-  
onis unâ cum Supplicatione est exhibendum. *Schwanman.*  
*process. Cam. lib. 2. c. 1. n. 1.* Posteriori casu, sive statim sive ex  
intervallo appelletur semper debet fieri in scriptis, aliàs non  
valet *c. cordi ext. de app. in 6. Specul. lib. 2. p. 3. tit. de appell. §.*  
*6. n. 2. Geil. lib. 1. obs. 130. n. 15. Wesenbec. parat. n. 9. h. t. Berl.*  
*p. 1. concl. 50. n. 96. Cammer-Berichts Ordnung p. 2. tit. 29. §.*  
*und so von Beyurteilen / & hoc casu schedæ appellationis cau-*  
*sam gravaminis inseri necesse est c. 1. & c. 9. de app. in 6. c. ut*  
*debitus 59. ext. h. t. Geil. lib. 1. obs. 130. n. 1. Wesenbec. in parat. n.*  
*9. eod. Mynsing. cent. 3. obs. 15. n. 5.* nec sufficit causam expri-  
mere per relationem ad acta, nisi appellans nonnullas cau-  
sas expresserit & quoad cæteras se ad acta retulerit. *Geil.*  
*lib. 1. obs. 130. n. 2. Mynsing. d. l. Berlich f. 1. concl. 50. n. 103.* Ad  
modum etiam pertinent, ista in appellationibus consue-  
ta, wenn ich mich aber durch solche Abscheid (quod salvo Dn. Ju-  
diciis honore dictum sit) mercklich beschweret befinde / &c. quæ  
tamen civilitatis magis, quàm necessitatis esse videntur: Nec  
enim à sententia inferioris ad superiorem provocando illi ali-  
qua fit injuria, *l. & in majoribus 70. C. h. t. cum alteri injuriam*  
*non faciat, qui jure publico utitur l. 13. §. 1. ff. de injur. l. 1. §.*  
*12. ff. de aqv. plur. arc. atq; hinc solemnè istâ protestatione ne-*  
*cessariò opus esse non videtur: Imò & inde Judex appellati-*  
*onem ægrè ferre non potest, quod non omnibus horis sapi-*  
*ant homines, & in nullo penitus errare divinitatis potius*  
*quàm mortalitatis sit l. tanta 2. §. 14. C. de Vet. Jur. enucl. fa-*  
*cilè itaq; & illi interdum ignorantix vel negligentix somnus*  
*obrepere poterit: ut taceamus, non semper corrigi in secun-*  
*da instantia priores sententias, sed has sæpiùs ad judicem à quo*  
*remitti compertum sit, ubi nihil illi imputari omninò potest,*  
*& pœnam potius appellans incurrit, si ita statuto cautum sit.*

Thesi XII.

Tempus & imprimis attendendum, quod  
Appellationis constituit fatalia (\*) estq; triplex  
interponendæ unum, quod decendium hodie  
est





est (b) ac de momento currit in momentum (c)  
nec partium, aut Judicis Consensu prorogari  
potest. (d)

(a) teste Justiniano in *l. ult. §. 1. de tempor. & repar. ap-  
pell. Fatalia, vel fatales dies l. 2. C. de temp. & reparat. appellat. à  
fato dicti, id est, morte: quia si non observati fuerint, lites ap-  
pellatione expirant, & ita quasi fato funguntur* Donell. 28. com.  
7. & *ibi Hill. lit. T.* ubi notat pari metaphorà litibus & actio-  
nibus vitam quoque adscribi in *l. 3. C. dit. l. ult. C. de fide instrum.  
§. 1. Inst. de perpet. & temp. act.* uti & mortē *l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud.  
credit. l. cum lite mortua 2. ff. judicat. solvi & c.* Maranta d. tit. n.  
232. & alii ibidem citati.

(b) jure Pandectarum & Cod. in suâ causâ, appellare  
quilibet potuit intra biduum *l. 1. §. 5. & ult. l. 2. pr. & §. 3.  
quand. appell. l. 20. §. 1. ff. de app. l. 6. §. 5. C. eod.* in alienâ vero  
causa intra triduum. *l. 3. ff. de app. recipiend. d. l. 1. §. 5. d. l. 2.  
pr. ff. quand. appell. l. 6. §. pen. C. de app.* quod jure novo subla-  
tum, ubi indistinctè requiritur decendium *Auth. hodie C. de ap-  
pell. Novell. 23. c. 1. c. quo ad consultationem ext. de sent. & re Jud.  
c. significaverunt ext. de testib. c. anteriorum caus. 2. quest. 6. c. Ro-  
mana §. si verò vocatis d. app. in 6. Mascard. de prob. concl. 114.  
n. 6. 7. Geil. lib. 1. obs. 139. n. 4. §. Mynsing. cent. 2. obs. 12. Schöplitz.  
ad consuetud. march. p. 2. tit. 8. n. 3. Specul. lib. 2. tit. de app. §.  
6. n. 1. Wesenbec. in parat. ff. h. t. n. 9. Sichard. ad tit. 43. lib. 7. C.  
n. 16. Carpzov. Jurispr. forens. p. 1. const. 19. def. 13. n. 1. 2. 3. & lib.  
respons. 3. tit. 12. Respons. 114. n. 6. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 93. in  
idem obtinet de jure Saxonico Berlich. d. l. n. 94. 95 König in suo  
processu c. 104. n. 4. Landrecht lib. 2. art. 6. Wesenbec. in parat.  
quand. appell. n. 3. Coler decis. 130. n. 2.*

(c) à tempore latæ sententiæ *Novell. 23. pr. Auth. hodie C.  
de appell. c. quo ad consultationem ext. de sentent. & re Jud. Cam-  
mer. Gerichts Ordnung p. 2. tit. 29. vers. So sollen auch. Myn-  
sign. cent. 2. obs. 67. Geil. lib. 1. obs. 139 n. 6. Carpz. Jurispr. for.  
p. 1. const. 19. def. 13. n. 3. & lib. Resp. 3. tit. 12. R. 114. n. 7. Bachov.  
in not. ad Treutl. vol. 2: disp. ult. §. 8. lit. a, b. c. & à tempore sci-  
entia*

entia. l. 1. §. ult. ff. *quand. app.* l. 4. C. de liber. caus. Wesenbec. in  
parat. *quand. app.* n. 3. Sibarid. ad tit. 43. lib. 7. C. n. 16. Rotschüz.  
in proces. p. 1. c. 30. vers. doch ist zu vernehmen; adeo ut etiam si  
per annum & ultra stetit, semper reliquum erit appellati-  
lacionis Beneficium c. *concentrationi de app.* in 6. imò & à tem-  
pore potentia agendi c. *biduum* 2. q. 6. l. 55. de *edil. edict.* l. 3.  
C. *quomodo & quand. Jud. sent.* Sufficit tamen si in ultimâ  
horâ undecimi diei interponatur *Sali et. in auth. hodie* C. de  
*appell.* quia si certum tempus ad aliquid faciendum est desti-  
natum, sufficit si fiat in ultimâ horâ istius temporis. l. *cum*  
*qui certarum* 138. ff. de *V. O.* Berlich. p. 1. concl. 50. n. 106. licet  
noctu fuerit *Specul. de appell.* §. *restat.* vers. *sed nunquid.* Treutl  
vol. 2. disp. ult. §. 8. lit. b. Bach. in eum d. l.

(d) *Clem. si appellationem tit. de app.* Geil. d. obs. 139. n. 6. *Myn-*  
*sing.* cent. 2. obs. 65. *Carpzov. in lib. Resp.* 3. tit. 12. R. 114. n. 10.  
*Berlich. part. 1. concl. 50. n. 105. Ord. Cam. part. 2 tit. 29. vers.* so  
sollen auch *Treutl, vol. 2. disp. ult. §. 8. lit. d. Vu'tej. lib. 2. J. R. c.*  
33. n. 19.

### Thesi. XIII.

Huc Apostolorum pertinet petitio (a) qui  
sunt literæ solemnes (b) quibus Judex ad quem,  
de totius Appellationis negotio instruitur (c) il-  
laque ipsa petitio cum omni diligentia (d) intra 30.  
dies (e) qui à die latae sententiæ currere incipiunt,  
(f) fiat necessum est.

(a) Deducit autem *Maranta* Apostolos n. 215. ab *απο* &  
*στολή* quod ipse missionem interpretatur, cum tamen *στολή*  
Græcis amictum significet: aliis ab apostolis Christi ut vo-  
luerunt *Cynus & Salicetus*, quos tamen rectè reprehendit *Ba-*  
*ebov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 8. lit. e. f. g.* nos deri-  
vari eos dicimus à Græco verbo *ἀποστέλλειν* quod mittere si-  
gnificat germ. *Abschieds* oder *Bekändtnuß-Brieffe.*

(b) Cum Apostoli non nisi scripti esse possint, inde re-  
ctè dicuntur literæ, *Speculat. part. 4. tit. de Apostol. n. 15. in*  
quibus

quibus & à Practicis nostratibus sigilli requiritur impressio. *Rotsch. part. 1. tit. 39. n. 11. ac König. in procesf. c. 131. n. 22.* Solennes autem diximus, ad differentiam à literis privatis, quas pro lubitu quisq; suo conficere potest, hæ autem de quibus nobis sermo est, solennes esse debent, i. e. secundum præstitutum in jure modum, à judice quæ tali, de appellationis negotio conscriptæ: de quibus in *l. unic. ff. de libell. dimissor. l. 208. ff. de V. S. c. ut super 4. de appell. in 6. Petr. Gregor. in Syntag. Jur. lib. 50. c. 2. n. 28. Vultej. lib. 2. §. R. c. 33. n. 25.*

(c) Hic Apostolorum scopus est. Unde sensus eorum talis esse debet, appellasse Lucium Tit. à sententia quæ inter ipsum & ejus adversarium lata est, *d. l. un. §. 1. ff. de dimiss. lib. fufiusq; Specul. lib. 4. tit. de Apostol. n. 10.* ubi octo requirit, quæ in Apostolis exprimenda sunt. Natura vero Apostolorum eadem non est; unde sex illorum species à Dd. recensentur. Quidam enim sunt DIMISSORII *d. l. un. ff. d. t.* quibus Judex à quo significat Judici ad quem appellationi ex justâ causâ esse delatum, *Paul. Wehner. in suis pract. obs. verb. Abschieds - Brieffe.* alii REFUTATORII, in quibus significatur appellationi tanquam frivolæ delatum non esse *l. sciendum est 6. ff. de appel. recip. §. c. 1. de appellat. in 6.* alii REVERENTIALES, quibus certior fit Judex superior, appellationi cum dubitaretur, in honorem ipsius delatum nihilominus esse *c. cordi. de appell. in 6.* & hi sunt frequentiores, uti in fine dicemus. Alii TESTIMONIALES, quibus à Notario appellationem interpositam esse significatur, *cap. fin. ext. de appellat. c. pastoralis n. in fin. ext. de officio Jud.* Alii CONVENTIONALES, quibus significatur consensu partis appellationem receptam *c. lege 44. vers. quia tamen §. c. oblata 57. ext. de appell. & hi dantur vel ab appellato vel Notario publico Gadd. ad l. 106. de V. S. n. 4.* alii deniq; RESTITUTORII, quibus Judex revocat gravamen à se Appellanti datum, *Gadd. in d. l. 106. de V. S. n. 4. c. cum cessante 60. ext. de appell.* Ex his autem speciebus omnibus hodiè ferè tantum Reverentiales, Refutatorii & Testimoniales in nostro foro frequentantur. Dimissoriorum enim natura in Re-

D

veren-

verentiales transfusa est, ut hi istorum vicis hodiè obire que-  
ant. *Gl. in c. 1. de appellat. in 6.* Restitutorii adeò in foro pe-  
grini sunt, ut à multis, ut *Hostiensi* & ejus discipulo *Duran-*  
*do lib. 4. de apostol.* planè fuerint omisi. Conventionales  
deniq; & ipsirarò apparent, quis enim reperitur tam stul-  
tus, qui hoc velit vel faciat, i. e. concedat, appellationem  
contrà se introduci, quasi gladium porrigens, quò jugulum  
suum petatur? *Giphan. de ordin. Judic. tractat. 2. c. 7. p. 60.*

(d) Instanter & sæpius uti *JCrus* loquitur *in l. un. §. 2. ff.*  
*de libell. dimiss.* instanter instantius instantissimè, item *teb* be-  
gehre zum ersten / andern / und dritten mal / ernstlich / ernstlicher  
und auff's aller ernstlichste. *ic. fleissig / fleissiger und auff's aller*  
*fleissigste &c.* quæ quidem verba vi phraseos pluralitatem pe-  
titionis per intervalla, non formulam significant, *c. si quis*  
*16. ca. 2. qv. 7.* quamvis hodiè Apostoli uno contextu instan-  
ter & sæpius peti possint, *Clem. quamvis tit. de appellat. Cardin.*  
*Tusch. lit. A. conclus. 428. n. 1.*

(e) *text. expr. in l. de iudicibus 24. C. de appell. Clem. quamvis*  
*2. de appell. c. ab eo. de app. in 6. Specul. lib. 2. part. 3. de appell.*  
*§. 6. n. 15. Goil lib. 1. obs. 139. n. 15. Mynsing. cent. 4. obs. 36. We-*  
*senbec. parat. ff. de app. n. 4. Carpzov. in lib. Resp. 3. tit. 12. R. 115.*  
*n. 1. Zang. de Except. p. 2. c. 20. n. 3.*

(f) ita ut in iis decendum, inter quod appellatio inter-  
poni debet contineatur *text. expr. in l. iudicibus 24. C. de app.*  
*Zanger. tract. de Except. p. 2. c. 20. n. 2. Matt. Col. p. 3. c. 8. n. 51.*  
*Wesenbec. in parat. quand. appell. n. 4. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 118.*  
*Carpzov. in lib. Resp. 3. tit. 12. R. 115. n. 4.* adeò ut si appellans  
intra id tempus non petierit vel receperit Apostolos, censea-  
tur appellationi renunciasse, estq; appellatio deserta *c. ab eo de*  
*appell. in 6. clem. quamvis de appell. l. 18. C. h. r.* & perinde est, ac  
si nunquam fuisset interposita *c. licet de sentent. ex commun.*  
*6. l. 6. §. 1. ff. de his qui not. Infam.* Quòd si verò appellans i-  
gnoraverit sententiam esse latam, tunc tempus istud ei  
non currit à die latæ sententiæ, sed à tempore scientiæ, à quo  
habuit facultatem appellandi *Marant. p. 6. de Ord. Jud. n. 209.*  
*Wurms. lib. 1. obs. sit. 24. obs. 23. n. 4. Zang. p. 2. c. 20. n. 3. Carpz.*

*in lib. Resp. 3. tit. 12. d. R. 115. n. 4.* Notandum verò hic, in Camera Imp. Apostolos non esse de essentiâ processus, sed etiam absq; illis procedere Appellationem *Ord. Cam. Imper. p. 2. c. 30. Mynsing. cent. 4. obs. 36. Wesenbec. vol. 1. conf. 1. n. 31. Geil. lib. 1. obs. 139. n. ult. Frid. Mindan. lib. 1. de procesf. in Cam. extrahend. c. 7. n. 8.* id quod & de Gallia, testatur *Fornarius & Brochus ad d. l. 106. de V. S.* Ac licet & Saxonibus olim incogniti fuerint Apostoli ac eorû loco nuncii mitti consueverint, *uti constat per text. in Landrecht lib. 2. artic. 12. Lehrecht c. 70. vers. Es spricht man die.* Hodiè tamen consuetudinem in contrarium esse, nemo ignorat. *Reinhard. diff. 51. part. 4. Berlich. part. 1. concl. 1. 50. n. 115.*

#### Thesi XIV.

Introducendæ alterum, quòd à Legibus definitum non est, sed ab arbitrio Judicis dependet (a) intra illud tamen Appellans superiori sese cum Apostolis præsentet (b) coram eo Appellationem introducat (c) & inhibitionem ad Judicem à quo impetret oportet. (d)

(a) *l. Preses 5. C. de Appell. c. Personas 4. c. oblata 57. ext. de Appellat. Wesenbec. in parat. ff. quando appell. n. 5. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 132. Geil. lib. 1. obs. 140. n. 1. Carpzov. in lib. Resp. 3. tit. 12. R. 116. n. 4. Ratio.* quia hoc forte leges relinquere voluerunt arbitrio Judicis qui dat Apostolos, ut hic simul definiret spatium intra quod Judici superiori Apostoli præsentarentur. *Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. §. 8. lit. h. i. Carpzov. d. l. n. 6.* hodiè tamen Jure statutorio in quovis ferè loco certum tempus introducendi Appellationem præfixum est Appellanti, & hoc tempus lege vel statuto definitum dicitur *Geil. lib. 1. obs. 140. n. 2.* In Camera hoc tempus est 6. mensium *Cammer. Gerichts Ordnung p. 2. tit. 30. §. würde aber durch einen Richter / 2. §. und also in einem oder andern Fall Mynsing. cent. 1. obs. 31. & cent. 3. obs. 15 n. 1. Rauchb. p. 1. quest. 12 n. 10*

intra quod spacium appellans citationē à iudice ad quem impetrare, & parti adversæ insinuare, atq; in iudicio reproducere debet *Myns. cent. 5. obs. 17.* Jure Saxonico unus mensis est præfixus à die, quo apostoli dati sunt, computandus *per text. expr. in der Churfürstlichen Hoffgerichts Ordnung zu Wittenberg tit. wenn und wie Leuteration. und Appellation eingewendet. Carpzov. d. l. n. 8.* Notandum tamen durante compromisso vel transactionis tractatu fatalia ista non currere, *uti notat. Geil. lib. 1. observat. 141. n. 2. per text. in aut b. si tamen C. de tempor. Appell. & Clem. quamdiu. de Appell.* idem est si pauper appellaverit, cum nec ei in Camera tam introducendæ quam prosequendæ fatalia currant, *uti tradit Myns. cent. 4. obs. 97. ubi & n. 9. & seqq. de eo qui habendus sit pauper aut si tempus hoc vel partes litigantes, vel ipse etiam Iudex ex justa causa prorogaverit. d. clem. quamdiu. de appellat. Marant. d. loc. n. 240. & seqq. Mynsing. cent. 3. obs. 54. Geil. d. lib. 1. obs. 140. n. 7.* Hoc enim fieri potest, quamvis in tempore interponendæ appellationis aliud sit, ut quod nec à Iudice, nec à partibus ullo modo prorogari potest *Maranta d. loc. n. 241.*

(b) *l. Præses 5. C. de appell. Termin in suo Process. c. 230. n. 24. Coler. de process. Execut. p. 3. c. 8. n. 51. Geil. lib. 1. obs. 140. n. 1. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 131.*

(c) *d. l. Præses 5. C. de appell. c. personas 4. cap. cum sit 5. cap. 26. §. vero. cap. oblata 57. ext. de appellat. Rotschütz. in suo process. c. 39. n. 12. Mich. Teuber. in suo process. c. 26. post. pr. p. 185. Berlich. d. l. Carpzov. in lib. Resp. 3. tit. 12. R. 116. n. 1.*

(d) Hoc si appellans omittat, non auditur, sed appellatio habetur pro desertâ *Ord. Cam. p. 2. tit. 30. §. 2. Graven. lib. 1. concl. 40. Mynsing. cent. 5. obs. 54. Mascard. de probat. concl. 117. n. 14. Matt. Col. de proo. execut. p. 3. c. 8. n. 51. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 138. etiamsi pars adversa hoc non petierit, clem. sicut appellat. de appell. l. 2. §. fin. C. de temp. appell. Marant. p. 6. n. 398. sub tit. de appell. Geil. lib. 1. obs. 140. n. 1.* Non tamen appellatio erit deserta si terminus Juris exspiret in feriis. ratio. quia non valenti agere non currit præscriptio *l. 1. §. ne autem C. de anomal. except. idq; maximè procedit si feriæ sint parvæ l. 2. §. fin.*

f. f.

*ff. si quis in Jus voc. l. Et si post tres ff. si quis cautio. & hanc opi-  
nionem secutos meminit Dominos Assesores Geil. lib. 1.  
obs. 140. n. 6. fallit quoq; si justum impedimentum allegetur,  
utpote nimia loci distantia, aut propter inundationes aqua-  
rum, ita quod non possit intra terminum reproductio fieri  
Ord. Camer. p. 2. tit. 30. §. würde aber. Mynsing. cent. 3. obs. 92°  
Geil. lib. 1. obs. 104. n. 7.*

Thesi XV.

Tertiū prosequendæ seu Justificandæ tem-  
pus est, idq; annus (a) & ex justâ causâ bienniū (b)

(a) *l. 5. §. 4. junct. auth. ei qui C. de temp. app. c. cum sit Ro-  
man. ext. de appell. N. 93. in præf. Wesenbec. in parat. ff. quand. ap-  
pell. n. 6. Geil. lib. 1. obs. 139. n. 2. Schneid. ad §. sed Et si quis n. 7. In  
tit. quib. mod. testam. in firm. Mynsing. cent. 3. obs. 15. n. 9. Zanger.  
de except. p. 1. c. 1. Carpz. Jur. for. p. 1. const. 20. def. 10. Berlich. p.  
1. concl. 50. n. 147. adeo ut si post lapsum termini appellatio-  
nem quis non fuerit prosecutus, possit illa executioni mandari,  
quasi deserta, Specul. de app. §. nunc breviter vers. alibi verò. l.  
fin. §. illud 4. C. de Tempor. appell. Novell. 93. auth. si tamen C. de  
temp. appell. Currit autem hoc fatale à die interpositæ appella-  
tionis Wesenbec. in parat. quand. appell. n. 6. Myns. cent. 5. obs. 57.  
n. 1. Schneidw. ad d. §. sed Et si quis n. 8. Inst. quib. mod. testam. in-  
firm. Treutl. vol. 2. disp. ult. Sult. lit. K. & Bachov. in illum d. l.  
non tamen de momento in momentum: quia dies interposi-  
tæ appellationis non consideratur, neq; inter fatalia compu-  
tatur Geil. lib. 1. obs. 141. n. 1.*

(b) Vid. citati Autores omnes alleg. loc. Præmissa tamē omnia  
fallunt, si appellator appellationem velit prosequi sed ob impe-  
dimentum urgens non posset, nam tunc manet rata sententia,  
ut post biennium quoq; appellationem quis possit prosequi  
Specul. de appell. §. nunc breviter vers. 2. aut si ob nimiam pau-  
pertatem eam prosequi non posset Roland. à Vall. conf.  
87. n. 51. vol. 2. quia pauperi fatalia in Camera non cur-  
rant, uti in θ. præc. dictum Geil. lib. 1. obs. 142. & ino-  
pia excusationem præstat l. 76. ff. de procurat. & impos-

D 3

libilium



sibilium nulla est obligatio *l. impossibilium ff. de R. J.* Possunt  
 autem & ista prosequenda appellationis fatalia non solum  
 compromisso, sed etiam expresso partium consensu proroga-  
 ri *text. expr. in clem. quamdiu de appell. Novell. 93. c. 1. autb. se*  
*tamen C. de temp. appell.* differentiam tamen inter terminum  
 præfinitum instantiæ primæ & tempus prosequendi appella-  
 tionem cum *Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. § ult. lit.*  
*K. statuimus: illum prorogari posse negamus l. 13. C. de Jud.*  
*Felin. in c. venerabilis n. 13. 15. de Jud.* hoc posse affirmamus. ra-  
 tionem different. *vid. apud. Geil. lib. 1. obs. 141. n. 6. & Bachov.*  
*d. l.* Cœterum & in Camera & in Principis Consistorio lis cœ-  
 pta perpetuatur. Sic ut & hæc prosequenda vel peragenda  
 appell. fatalia ibi non attendantur; de priori constat ex *Myns.*  
*cent. 1. obs. 48. & cent. 3. obs. 44. & Geil. d. Obs. 141. n. 7.* Posterius  
 patet ex *autb. sed & lis C. de temp. appell.* & quotidiana testatur  
 experientia, appellationis processus in supremis Principum  
 Dicasteriis in multos sæpè annos excurrere: Ipsam verò ap-  
 pellationis justificationem quod attinet, ita eam usus intro-  
 duxit, ut primum pro justificatione formalium doceatur, ap-  
 pellantem ritè, servato Juris ordine ac tempore debito, à sen-  
 tentia inferioris judicis appellasse, apostolos petitos, superi-  
 ori oblatos, inhibitionem Judici à quo factum, & nunc intra ter-  
 minum, aut in termino præfixo justificationem fieri: Post  
 materialium sequitur tractatio & non deducta deducuntur,  
 non probata probantur, & tandem ita concluditur, *dannem-*  
*hero Appellant bittet im rechten zu erkennen / daß die Appel-*  
*lation in ihren formalibus richtig / und deswegen an N. N.*  
*zu rechtlichen Erkantnuß erwachsen / in Materialibus aber auch*  
*so viel zu befinden / daß in priori instantia übel gesprochen /*  
*und recht appelliret / daher der ertheilte Abschied also zu er-*  
*klären / etc.*

Thesis XVI.

Ad legum præscripta institutæ ita Appel-  
 lationis scopus est, tum Judicis iniquitatem &  
 imperitiam corrigere (a) tum supplere illud,  
 quod in priori instantiâ vel per Judices, vel per  
 Advocatos prætermissum est. (b) (a) l.



(a) l. 1. ff. de appellat. c. ideò huic caus. 2. quast. 6. Wesen-  
bec. in parat. de appell. n. 10. Carpzov. in lib. Respons. 3. tit. 12. R.  
108. n. 1.

(b) l. eos 6. si quid 1. C. eod. Quorsum etiam vulgaris illa  
in appellationis libello clausula tendit, worzu ich mir dann al-  
le und jede juris beneficia, insonderheit non deducta deducam,  
non probata probabo &c. solennissima protestatione wil vorbe-  
halten haben / ex l. per hanc 4. C. de temp. app. Wesenb. d. l. n. 10. Petr.  
Greg. Tholo. in Synt. Jur. un. lib. 50. c. 2. num. 43. Rosbach proces. Jud.  
tit. 88. n. 36. & seq. Rotschütz in proces. p. 1. art. 37. n. 1. seqq. Pract. Pap.  
in formâ appellationis à Sententiâ definitivâ §. coram vobis. n. 2. Hoff.  
in sum. ext. de app. n. 2. Observandum tamen itidem est, in appella-  
tionis instantia opponi quidem posse non oppositum, & pro-  
bari non probatum, sec. d. l. per hanc. C. d. l. modo tamen illud  
quod opposituri sumus causæ cohæreat; Uti enim actionem  
post litem contestatam mutare non licet, ita nec actio vel ex-  
ceptio quæ planè diversa est & aliena à causa, de qua in pri-  
ma instantia actum fuit, in appellatione deinceps proponi  
potest, cum appellatio non diversæ, sed ejusdem causæ ad supe-  
riorem provocatio sit, ac delatio, uti scite notat Rosbach. in pro-  
civ. tit. 37. n. 38. Donell. 28. comm. 7. & ibi Hillig. in not. lit. d.

#### Thesis XVII.

Effectus potissimum duplex, suspensivus  
alter (a) Jurisdictionis scil. judicis à quo, atq; e-  
orum omnium, quæ urgere alioquin appellatus,  
quem vocant, possit (b) alter devolutivus, ut ad  
superiorem causâ cognoscenda deferatur. (c)

(a) Effectus appellationis à variis traduntur varii. Scac-  
cia d. tr. de app. qu. 3. part. 1. septem eorum proponit Alexan-  
der in rubr. de Appell. n. 62. usq; ad n. 82. duodecim cumulat;  
alii aliter rem expediunt: Nos potiores hic proposuimus du-  
os, reliquis inclusis, vel saltem non exclusis, sed minus prin-  
cipalioribus. De suspensivo text. est in l. furti 6. §. 1. ff. de  
his qui not. infam. l. 2. §. fin. ff. de Poenis l. si causa cognita 32. C.  
de transactionib. l. 1. §. final. ff. ad Turpill. c. venientes de Jurejur  
Vultej. J. R. c. 33. n. 47. Iph

(b) Ipsi enim iudici, & adversæ parti manus constringuntur nè quid pendente appellatione facere amplius in ea causa possint Geil. lib. 1. obs. 144. Mynsing cent 1. obs. 26 Vult d. c. 32 n. 49. & 74. Althus. dicoeol. lib. 3. tit. 56. n. 29 Robert. Marant. in specul. p. 6. c. rectè concipitur n. 3. & tit. & quando appellatur n. 172. sic ut pendente appellatione nihil innovandum sit inter litigantes. tot. tit. nihil innov. pend. append. tot. tit. ne lite pend. l. 1. ff. nihil nov. appellat. interpos. aliter si faciat Iudex attentatum committit adeò ut in appellatione ulterius non procedatur priusquam illud fuerit revocatum aut purgatum c. non solum de appell. in 6. clem. ult. ut lite pend. l. unic. ff. nihil innova. app. pend. Dd. in l. 3. C. de app. Geil lib. 1. obs. 144. n. 2. Imò si justæ appellationi non deferens iudex exequi velit, ei de facto resisti posse vult Coras. de Jur. arte p. 2. c. 8. Et appellan-tem itidem, si pendente app. quid innovet, deserere appella- tio nem ac ei renunciare censi ex c. an sit. 42. X b t. notat Hil- lig. ad Donell. 28. com. 9 lit. a.

(c) Et reducitur causa in eum statum, in quo post litis contestationem fuerat, Geil. lib. 1. obs. 144. n. 1. poteritq; in- hibitio una cum citatione statim decerni, si à sententia defini- tiva, aut interlocutoria vim definitivæ habente appellatum fu- erit, Geil. d. obs. 144. in pr. per text. in c. non solum. c. Roma- na §. si vero. cum §. seq. de app. in 6. Secus esse in interlocuto- rià simplici notat idem n. 4. cum in eà iudex appellationis cognoscere prius debeat de veritate gravaminis, utrū causa de- voluta sit nec ne, & tum demum inhibitionem facere. Plura post alios videre licet apud Scacciam d. qv. 3 per tot.

#### Thesi XVIII.

Cognitionem cum Appellatione non exiguam supplica- tionis habet Beneficium & Leuteratio Saxonum, Revisionis, item Restitutiouis in integrum, ac Syndicatus Remedia. &c. hæc tamen & in multis ab eadem differunt.

#### Thesi XIX.

Adversatur verò Appellationi, Pactum de non appellan- do, res iudicata, ac maximè etiam ejusdem desertio.

Ultimarum Thesium Explicationem ob angustiam & tempo- ris, & charta, addere non licet.

✠ (o) ✠

00 A 6387

ULB Halle 3  
002 916 592



10 17







871  
/ 4

16

NOMINE JESU.  
ATIO JURIDICA,  
DE  
LATIONIBUS

quam,  
nenter adminiculante,  
orum Ordine approbante,  
ytâ Viadrinâ Marchicâ

PRÆSIDE  
Excellentissimo, Consultissimo,  
NE BALDASARO

L. L. & Syndico apud Francofur-  
nos meritissimo,

a publica exponit  
ECK BRESLA-SILES.

r & Respondens  
itorio Jctorum publico:

prâ 7. antemerid.  
liem 6. Novembris  
Anno 1651.

Frankofurti  
LAI KOCH Acad. Typogr.

